

et Traiectensium episcopus per spiritum ^{z)} divinitus cognovisset uni-
versas Gallie civitates per Attilam Hunorum ^{a)} regem esse vastandas
et ecclesias sanctorum ^{b)} incendendas preter ecclesiam beati ^{c)} Stepha-
ni Metensis ^{d)}, et cum ^{e)} idem vir sanctus hec Treverensibus et alia-
rum civitatum fidelibus intimasset, omnes reliquias ^{f)} sanctorum
Treverenses ^{g)} una cum dicto ^{h)} baculo sancti Petri Metis ad ecclesiam
sancti Stephani translulerunt. Sed post vastationem Hunorum pre-
dictam pace ecclesiis reddita dicti Treverenses omnes suas reliquias
preter dictum ⁱ⁾ baculum sancti Petri a Metensibus receperunt. Poste-
riori vero tempore regnante primo et magno Ottone imperatore
Bruno frater ipsius imperatoris archiepiscopus Coloniensis magna
fretus potencia prefatum baculum extorquens a Metensibus eun-
dem baculum Coloniensi ecclesie venerabili dono dedit. Verum post-
modum ad instanciam beati Egberti ^{k)} Treverensis archiepiscopi ha-
rinus Coloniensis archiepiscopus ^{l)} ipsum baculum secans per medi-
um superiorem partem sibi retinuit, inferiorem partem reliquam
Treverensibus remisit. ⁺

B. Severinus archiepiscopus Coloniensis secundus.

cap. I. et III.

Secundo loco successit in pontificatu Coloniensis ecclesie bea-
tissimus vir sanctus Severinus sub imperio scilicet Theodosii ^{m)} secundi,
qui regnare cepit sub anno domini 427. ⁿ⁾ Cum enim, sicut ^{o)} supe-
rius est habitum, post decessum b. Materni variis infidelium atque
hereticorum perturbationibus lacerata Coloniensis ecclesia per annos circiter

+ add. 7: Hæc scriptura habebatur anno 1509 in quadam vitrea fenestra, que stetit
in capella supra memorata...: S. Maternus Treveren. III. Col. I. Tongren. ecclesiarum epi-
scopus, huius capelle fundator.

^{z)} in spiritu ^{elb)} quod habent gest. Trev. a) Hunorum 4.4.4. b) ecclesiarum sanctorum reliquias 2.
c) sancti 3. d) Meth. 1.2. e) cum deest 2.3. f) reliquie 2.3.4. g) Treverensium 4.4.4. h) dicto
deest 4.4.4. i) predictum 2. k) Engelberti 3. l) arch. Col. 4.4.4. m) primi 4.4.4. n) 387
add. 4.4.4. Manu eadem vel certe similima 417 cod. 2 in marg. o) sicut deest 1. 4.4.4.